

II. Unde in VI. ACTIONE Calchedonensis Concilii Martinus Imperator dixit inter cetera. [an. 451. in Bithynia.] Imperatores ad fidem confirmandam, non potentiam ostendendam Synodo interesse debent.

III. Item ex eadem VI. ACTIONE, in fine. [an. 451. ibid.] Quidam Capitula sunt, quae ad honorem vestrae reverentiae vobis servavimus, decorum esse iudicantes a vobis haec regulariter potius firmari per Synodum, quam nostra Lege sanciri.

IV. Item NICOLAUS Papa I. in Epistola ad Michaelem Imper. quae incipit, Proposueramus. [an. 865. Roma Constantinopolim.] Synodali conventui Imperatores interesse non convenit, nisi ubi de fide agitur.

V. IDEM in eadem Epistola. [an. 865. Roma Constantinopolim.] De Praesulibus Divinarum rerum, qui Humanis rebus praesunt, iudicare non possunt.

VI. IDEM paulo inferius. [an. 865. Roma Constantinopolim.] Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura Regia usurpet.

VII. IDEM in eadem, paucis interiectis. [an. 865. Roma Constantinopolim.] A Seculari Potestate Pontifex prorsus nec solvi, nec ligari valet.

VIII. IDEM Ludovico Imperatori. [c. an. 863. Roma Beneventum.] Facta Pontificum Imperator iudicare non debet.

IX. Item ex GREGORIO VII. Epistola ad Hermannum Metensem Episcopum, lib. 8. Epist. 21. [an. 1080. Roma in Belgium.] Regum, et Principum patres, et magistris Sacerdotes esse censentur.

X. Item GELASIUS Papa I. Anastasio Imperatori. [an. 494. Roma Constantinopolim.] Auctoritas sacra Pontificum, et Regalis potestas, cuius mundi gubernacula regunt.

XI. Item JOHANNES Papa. [fortè c. an. 873. Roma.] Imperatores debent Pontificibus subesse, non praesesse.

IN Scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse [Verè si in propriis oculis vidissem Sacerdotem Dei, aut alium eorum, qui Monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, et cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.] In quibus, desideratissime Fili, necessariò commonemini, ut quemadmodum fide & religione, ac honoris paritate ei adaequari videremur; ita quoque humilitate, atque devotione aequipari nihilominus anhelatis: ita ut in nullo inferior eo, sed potior inveniamini post illius exempla, qui talem se exhibuit ante alia profus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, ut si de Domini Sacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem pios mentibus ingerat, non infructum, sed pudoratos filios Noe imitantes paternam de reliquo verendum contegatis, ut affluentem, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

Quis dubitet? Sacerdotes Christi, Regum, & Principum, omniumque fidelium patres & magistris cenferi? Nonne miserabilis infantia esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subjugare, & iniquis obligationibus illum suae potestati subijcere; à quo credit non solum in terra, sed etiam in caelis se ligari posse, & solvi?

Utrumque verum est, ultra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum usurpavit: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humanam superbiam rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus ditaret incurfus; & ideo militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus Divinis praesidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

Utrumque verum est, ultra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum usurpavit: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humanam superbiam rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus ditaret incurfus; & ideo militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus Divinis praesidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

Utrumque verum est, ultra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum usurpavit: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humanam superbiam rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus ditaret incurfus; & ideo militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus Divinis praesidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

Utrumque verum est, ultra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum usurpavit: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humanam superbiam rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus ditaret incurfus; & ideo militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus Divinis praesidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

Utrumque verum est, ultra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum usurpavit: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humanam superbiam rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus ditaret incurfus; & ideo militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus Divinis praesidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

seculi potestates; quas, si fideles sunt, Ecclesiae suae Sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vendicet alienum jus, & ministerium, quod alteri deputatum est: ne contra eum tendat abruptum, à quo omnia constituta sunt; & contra illius beneficia pugare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. Non à Legibus publicis, non à potestatibus seculi, sed à Pontificibus, & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianae Religionis Clericos, & Sacerdotes voluit ordinari, & discuti, recipere de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Praesulibus, non praesere.

XII. Item GELASIUS ad Episcopos Orientales. [c. an. 494. Roma in Orientem.] De eodem.

NUMquam esse humanarum Legum de talibus ferre sententiam, absque Ecclesiae principaliter constitutis Pontificibus; obsequi solere Principes Christianos Decretis Ecclesiae, non suam praerogative potestatem; Episcopis caput subdere Principem solent, non de eorum capitibus iudicare.

XIII. PALEA.

Constantinus Imperator coronam, & omnem Regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus Apostolice concessit. Nam in Gestis Beati Silvestri (quae Beatus Papa Gelasius in Concilio IXX. Episcoporum à Catholicis legi commemorat, & pro antiquo usu multas hoc imitari dicit Ecclesias) ita legitur.

XIV. PALEA. [an. 324. Roma.] De eodem.

Constantinus Imperator quarta die sui Baptismi privilegium Romane Ecclesiae Pontifici contulit, ut in toto orbe Romano Sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regum. In eo privilegio ita inter cetera legitur. [Ut] sic iudicavimus una cum omnibus Sacerdotibus nostris, & universo Senatu Optimatibusque meis, etiam & cuncto populo Romane glorie Imperio subiacenti, ut sicut Beatus Petrus in terris Vicarius filii Dei esse videtur constitutus; ita & Pontifices, qui ipsius Principis Apostolorum gerunt vices, Principatus potestatem, amplius, quam terrena Imperialis nobis Serenitatis Manifestudo habere videtur, concessam à nostris, nostroque Imperio obtineant, eligentes nobis ipsum Principem Apostolorum, vel ejus Vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam Imperialem potestatem, sic ejus sacrosantam Romanam Ecclesiam decrevimus venerari honorari, & amplius, quam nostrum Imperium, & terrenum thronum, Sedem sacratissimam Beati Petri gloriosè exaltari: tributentes ei potestatem, & glorie dignitatem, & honorificentiam Imperialem. Atque decernentes sancimus, ut Principatum teneat tam super quatuor praecipuas Sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quam etiam super omnes in universo Orbe terrarum Ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctae Romanae Ecclesiae extiterit, celsior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi existat; & ejus iudicio, quaeque ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur.

Eccelesiam Beatorum Apostolorum Petri & Pauli pro continuatione luminarium, possessionum praedia contulimus, & rebus diversis eas ditavimus, & per nostram Imperialem iustionem sacram, tam in Oriente, quam in Occidente; vel etiam Septentrionali, & Meridiana plaga, videlicet in Iudaea, Graecia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diversis Insulis nostra largitate ei concessimus; ea profus ratione, ut per manus Beatissimi Patris nostri Silvestri Summi Pontificis, Successorumque ejus omnia disponantur.

Beatus Silvester Patri nostro, Summo Pontifici, & universalis urbis Romae Papae, & omnibus ejus Successoribus Pontificibus, qui usque in finem Mundi in sede Beati Petri erunt seculi, de praesenti contradiimus palatium Imperii nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium, nec non & superhumerales, videlicet loram, quod Imperiale circumdare assolent collium; veram etiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta; sed & dignitatem Imperialium praesidentium & Equitum, conferentes etiam & Imperialia saeptra, simulque cuncta signa, atque banda, & diversa ornamenta Imperialia, & omnem processionem Imperialis culmine, & gloriam potestatis nostrae.

Viris autem Reverendissimis Clericis in diversis ordinibus eidem sacrosanctae Romanae Ecclesiae servantibus illud culmen, singularitate, potentia, & praecellentia habere sancimus; cujus amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari, id est, Patricios, atque Consules effici, nec non & ceteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut Imperialis militia ornatur; ita & Clerum sanctae Romanae Ecclesiae ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officiis diversis, Cubiculariorum nempe, & Officiorum, atque omnium Excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissime Pontificale decus praefulgeat, decernimus & hoc, Clericorum ejusdem sanctae Romanae Ecclesiae, manipulis & lintheaminibus, id est candidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster Senatus calcementis vitur cum udonibus, id est, candido lintheamine illustratis; sic utantur & Clerici, ut sicut caelestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur.

Præ omnibus autem sententiam tribuimus ipsi sanctissimo Patri nostro Silvestro, & Successoribus ejus ex nostro iudicio, & ut quem placatus & proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero Clericorum connumerare; nullus ex omnibus praesumat superbe agere.

Decrevimus itaque & hoc, ut ipse, & Successores ejus diademate, videlicet coronam, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis uti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestent. Ipse vero Beatus Petrus, quia super coronam Clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus uti coronam, nos phrygium candido nitore, & splendore Resurrectionem Domini, & tenentes fratum equi ipsius pro reverentia Beati Petri, fratris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes ejus Successores singulariter uti in processionibus ad imitationem Imperii nostri.

Unde ut Pontificis apex non vilescat, sed magis, quam terreni Imperii dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, ut praestitum est, quam potentiam Romanam urbem, & omnes Italiae, seu Occidentalium regionum provincias, loca, & civitates, praefato Beatissimo Pontifici nostro Silvestro universalis Papae contradimus, atque relinquimus; & ab eo, & à Successoribus ejus pro hac Divale nostram, & Pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctae Romanae Ecclesiae concedimus permanentia.

Unde congruum perpessimus nostrum Imperium, & Regni potestatem in Orientalibus transferri regionibus, & in Bizantia provincia optimo loco, nomini nostro civitatem aedificari, & nostrum illic constitui Imperium: quoniam ubi principatus Sacerdotum, & Christianae religionis caput ab Imperatore caelesti constitutum est, iustum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem.

Hanc vero omnia, quae per hanc nostram Imperialem Sacram, & per alia Divalia decreta statuitur, atque confirmavimus, usque in finem mundi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos regnare praecipit, & coram terribili ejus iudicio obtestamur per hoc nostrum Imperiale constitutum omnes nostros Successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum Senatum, & universum Populum in toto Orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retrò temporibus Imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquomodo licere hac aut infringere, aut in quoquam convelle. Si quis autem, quod non credimus; in hoc temerario, aut contemptor extiterit, aeternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, Principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in praesenti, & in futura vita sentiat contrarios; atque in Inferno inferiori concrematus, cum Diabolo, & omnibus deficiat impiis. Hujus vero Imperialis decreti nostri paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus Beati Petri Principis Apostolorum posuimus. Datum Romae 3. Kalend. Aprilis, Domino nostro Flavio Constantino Augusto quater, & Gallicano V. C. Coffi.